

dos meatus in angustum versus finis-
trum ventriculum tendentes ex-
sculpsit; sed ut materia spiritibus
vitalibus generandis per eos à fini-
stro ventriculo attrahatur & reti-
neatur: qua ratione, ut & peculiari
meatum horum conformatio-
ne, fit, ne sanguis in dextrum re-
labatur: sicut videmus sanguinem
ê venis in partis substantiam attra-
ctum non remeare in venas. Hic spi-
ritus maximum ad vitam usum ha-
bet, & non solum in ipso corde cum
calido ejusdem insito actionum
cordis præcipuum instrumentum
est: sed & per arterias in universum
corpus distribuitur, innatumque
singulis partibus calorem, qui per
se imbecillior est, nec ad omnes a-
ctiones solus sufficit, excitat, auget,
instaurat, ei que quasi actum & per-
fectionem tribuit. Unde & cali-
dum influens à nonnullis appella-
tur. Præter hoc animali quoque spi-
ritui hic spiritus materiam, è qua ge-
neretur, suppeditat.

*Animas
spiritus
vitalis.*

Præter hunc vitalem spiritum
plerique Medici adhuc alium spiri-
tum constituunt, quem animale
appellant, quod ad animales actio-
nes Medicis appellatas, sensum &
motum nimirum, sit necessarius.

*An spiri-
tus vita-
lis & A-
nimalis
specie dif-
ferant.*

Sunt tamen è Philosophis & Medi-
cis quidam, qui vitalem & anima-
lem spiritum non specie, sed acci-
dentibus quibusdam tantum differ-
re statuunt: inter quos est Argente-
rius, Zabarella, & Jacobus Scheg-
kius, qui peculiari libello evincere

conatur; spiritum, qui continetur
in ventriculis cerebri, non esse ani-
malem, sed vitalem: soletque passim
prolixè hac de re disputari. Ut au-
tem rem hanc breviter & per com-
pendium tradamus: Dari talem ali-
quem spiritum, non solum ex apo-
plexia, in qua occlusis nervis sen-
sus & motus tollitur, transitu spiri-
tibus intercluso; sed & ex paralyti
& stupore patet, in quibus etiam ob
prohibitum spirituum influxum sen-
sus & motus tollitur. Etsi enim hic
objiciat Schegkius, non influere
spiritum, sed saltem *δύναμιν ἐπι-
ρροῦν*, propter quam facultatem
habeat istam sentiendi & movendi
corpus: tamen vix id locum habe-
re potest. Nam si solum qualitas ta-
lis esset: objectu corporis ejus afflu-
xus ita facile impedire non posset;
sicut videmus magnetem etiam per
interjecta corpora ferrum movere:
sed cum id facile fiat, corporeum
quid esse hunc spiritum necesse est.

Diversum autem esse hunc spiri-
tum à vitali spiritu, ex eo liquet,
quod in peculiari membro, cerebro
nimirum, elaboratur, atque inde per
nervos in totum corpus distribui-
tur: tum etiam quod vitalis spiritus
eos usus, quos animalis præstat,
nullo modo præstare potest; cum
vivente parte, vitalique spiritu
perfusa, nihilominus sensus &
motus, ob animalium spirituum
defectum, tolli possit. Hic enim spi-
ritus cerebri omniumque organorum
ad sensum & motum destinatorum

*Dari spi-
ritum A-
nimalis.*

*Esse di-
versum à
vitali.*